



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

§.11. Peccatrix in ciuitate. His duobus verbis manifestat Euangelista quod ad summum eius ascenderit malum; elatum vt vas Zachariæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

qualitatem gravissima, firmiter, animo deliberato & incessanter: sicut idem Evangelista, ut declararet quam diligenter Christus diabolum impugnavit, & illud quasi proprium exequereur officium, (erat etenim hoc illi proprium, quod nunquam intermitteret) & quicquid agebat in eum finem dirigere; eodem vitur verbo dicens *Erat Iesus eiciens demonium.* Forma est hæc loquendi quæ D. Ioan. Evangelista vitur, ad declarandum esse perpetuum verbi æterni: *In principio erat verbum:* prout ex sanctorum doctrina Dominicæ tertiâ declaravimus. Tribus itaque his verbis: *Erat in civitate peccatrix.* Nobis exponit Evangelista, & assent eius criminosa in quantitate fuisse sine numero quodque in qualitate illis quæ inter graviora & turpiora censentur eminebat, quodque illis ita firmiter ferocque intenderet, velut operibus officio suo propriis, quod agendum suscepere.

§. II. Peccatrix in civitate. His duobus verbis manifestat Evangelista quod ad summum eius ascenderit malum; elatum ut vix Zacharia.

19  
37  
Eccle. 7.  
19.  
Eccle. 22.  
27.  
Eccle. 26.  
19.

Hæc verba hæc superficialiter indicant: sed eius quoddam mysterium illis Evangelista comprehendit, nam ut pictor egregius, nobis intendit proponere mulierem hanc vitis exarata pictamque coloribus: quod & agit dicendo: *Erat in civitate peccatrix;* quibus duo nobis notelant. Dum illam peccatricem nominat contumacem, nobis declarat quod videret omnis timoris Dei expertus; etenim in propatulo est, quod *Qui timet Deum, nihil negligit.* Ita testatur Salomon rationem allegans, cur quis labatur in adultarium, eam esse dicit: *Quoties expellit à se amorem Dei.* Conformiter ei quod David beatus illum dixerat, qui timore Dei peccelleretur, quia magna maris (si in eo dari potest nimietas) sollicitudine divinis studet obedire mandatis: *Beatus vir qui timet Dominum, in mandatis eius voluit vitis.* Illam vo caus in civitate peccatricem, declarat quod omnem exuisset pudorem & effrons esset, sic ut illam iam minime turbaret, dum audiret publice se nominari peccatricem. Unico verbo mulier erat, que nec Deum timebat, nec homines impudica reverebatur. Spiritus S. mulierem bonam laudatus & super sidera sublaturus duobus illam honorat epithetis: sanctam eam appellans & verecundam: *Gratia super gratiam mulier sancta & pudorata.* Gemina Hieron. Bapt. de Lanuza Tom. III.

super gemmas, opes super opes mulier est sancta & pudorata. Quando mulier respectu Dei sanctitate præminet in qua diuinus ille timor sedem sibi fixit: & pudorata est respectu mundi, nulla potest ei gemma comparari; *Gratia super gratiam.* Ut video nihil inuenit Spiritus S. præter illi comparabile: cuncta etenim superexcedit cunctisque est eminentior.

Judith mulier piissima tantum in Dei profecti obsequio in civitatis suæ commodum ut *Laachim summus Pontifex de Hierusalem venerit in Bethuliam cum universis presbyteris suis, ut videret eam:* quam cum vidisset omnesque viæ suæ comites, tali caperetur spiritu laudes eius decantare, ut illis verba viderentur deficere, quibus illam extollere conabantur: unde conclamant omnes unanimes: *In gloria Hierusalem, tu latua Israel, tu honorificentia populi nostri &c.* Adest piissima Esther cuius Deus operâ populum suum ad mortem damnatum liberauit. Offerunt Abigail, quæ corporis sui & verborum elegantia ita rapuit David, ut eam ipse ex industria laudate decreverit. Quid matrem referam Machabæorum religiosam, sanctam, fortem, & in Dei obsequio feruentissimam, cuius encomia pari sancti omnes celebrant encomio? nec mirum cum & ipse Spiritus S. et. verba deficere viderentur, quibus eam exornaret, vide his verbis concludit: *Supra modum autem mater mirabilis, & honorum memoria digna.* Ad. 2. Mach. mirabilis dicitur etiam oculis ipsius Dei, de quibus Salomon asserit: *Nihil varabile in conspectu Eccle. 39. eius.* Non prætereamus S. Felicitatem mulierem adeo magnanimam, ut spectatrix adfate non vereatur crucio septem filiorum martyrio: etenim opinatur Div. Greg. nullam celebrandis eius laudibus linguam inuentri posse satis elegantem. Conspice sanctam Agnetem tredecim annorum puellam, tanta honestate spectabilem, ut stupendum toti sit Romæ spectaculum. Considera Div. Catharinam tanto castitatis flo e vermantem, ut non nisi Angelicis manibus Deus corporis illius contactum permisit & sepulturam. Sanctissima Anna gloria coniugarum, præclarissima Elisabeth Hungaricæ Regina &c. sufficit vix talis mulier cuius studio, metius, & operâ salvetur, protegatur, & divitijs augeatur familia, imo & integrum regnum, ut vidimus in Judith & Esther.

Quando talem concedit tibi Deus mulierem, hoc tibi persuade, te gratiam super gratiam accepisse: & quando tibi filiam tribuit sanctam, Deum timentem & coram populo verecundam: fatere hanc esse *Gratiam super gratiam.* Quid  
Q9999 am-

Judith.  
15.9  
111  
Multa  
præclaræ  
femine  
laudant.

Ad. 2. Mach.  
7.20.  
39.  
25.

30

amplius Sicut Sol (inquit sapiens) oriens in mēdo in altissimis Dei. Columna aurea super bases u. g. Nitua. sicut mulieris bona species. Quam bello domus tua ornaretur si tales ad osium erecte viderentur columnæ? sicut gratia est super omnem gratiam mulier sancta & pudorata, sic perditio est super omnem perditionem, malum super omne malum, damnum super omne damnum, mulier nequam & inuerecunda: mulier quæ timorem Dei exiit & coram hominibus noluit erubescere. Duo velut fraxum animam cohibent: timor Dei, & erubescencia coram hominibus. Nonnulli à peccato desistunt & carius sunt retrahunt appetitus timore Dei cohibiti, & illi sunt sancti: hoc quoque fraxio Dauid optabat suas à Deo fraxari cupiditates, *Conspice timore tuo carnes meas.* Alios autem timor cohibet & pudor hominum; & satis multos tales inuenias: & contingit ut eum qui priora timorem perdidit, detineat alius: potest si vnusque parat or iactorem, per viam currit flagitiorum, ut effraenis equus qui à nemine detinetur.

Christus Dominus ut perditum declararet peccatorem, hoc tantum de illo protulit: *Nec Domini timor nec hominem reuerentur.* Non videtur quid amplius posse profertur. Si parieti ad casum inclinato duo affligas fulcra for iora, & vnū tollatur, illum aliud sustinebit, talis aliquo tempore, ne vnico cadat impetu: si vero vtrumque abilitens, quo non casu corruit euetendus? Flumini rapido cursu decurrenti ut intra alueum contineatur opponitur loricæ terræ & propugnacula ex vtraque parte firmiora. Si forte confluxus aquarum irruat adeo vehemens, ut ex vna parte dampnatur repagulum, alterum manet indenne: verum vtraque si dissingantur, curata dicunt & per omnia se distendunt & extendit, arua emergendo, arbores eruendo magnoque fluxu cuncta detestando. Viden' hic ad quem statum peruenire possit mulier peccatrix, quæ procul à se abiicit timorem Dei, pudoremque mortalium? Quam præcepit per viam currit peccatorum, cum nihil curientem eam remoretur? Si maximus ignis culcitram stramineam inuaderet quem non minor ventus excitaret & fortius animaret, nec esset quod impetum eius retardaret, quid de culcitra ista boui sperandum?

III. Duo nos à peccato cohibent: timor & pudor. *Is. 118.*

IV. Similitudo.

Job 31. 12.

Luxuria ignis est ardentissimus, & omni fornicatione vehementior: ita desinit illam Propheta Job: *Ignis est vsque ad perditionem denotans, & omnia eradicans genuina.* Est autem mulier palea: si

namque viro ob suam infirmitatem hoc illi nomen adscribit Spiritus S. & communiter vocabulo fremum dicitur, & locutus cum Iob illo delirans, quod Diabolus sub nomine ephantis comedit & patitur scortatoribus impudicis, illos vocet paleam: *fremum quasi vos comedit.* Meliori multo iure conuenit hoc epithetum mulieri, cuius est infirmitas multo maior: si eam arripat luxuria vento superflante impetuoso corac passionis sue quæ violentiā mulierem impellit, nec est quod illi oppositum eam à seelere cohibeat, qualis exacerdet? Quanto succedet igne? quo non mercedo consumetur?

Habes hic statum ad quem hæc mulier delapsa est, quam ignis ille succendit, & cum nihil eam retardaret tanto euecruit impetu ut facta sit seclerum omnium cloaca fetidissima: quæ tantopere in illa eminebat, ut dum de illis in vrbem mentio fieret, ilico omnium oculi in illa dirigerentur. Per hoc ita velox viam percurrit damnationis, ut grauior postposuerit longè peccatores, qui inuoluntarius eam libertine percurrerant. Tandem velut illa, quam septem demones intrauerant, sic Eua genita, quo numero omnes deliquit spiritus infernales nos bello lacellentes: quia ut alias diximus sicut septem sunt peccata capitalia, quæ dicuntur mortalia, in quibus quilibet peccata comprehenduntur: ita septem sunt species demonum qui nos ad illas pronocant & instigant: quidam enim demones instigant ad superbiā, & dicuntur Spiritus concupiscentionis, alij ad fraudes & insidias, & vocantur Spiritus mendaces alij turpitudinem & impudicitiam & scribuntur Spiritus fornicationis vel spiritus immundis. Alij ad vtilitatem & nominantur Spiritus gastronomici: ut autem sit aliquis grauis peccator, sufficit, ut vnus ex his animam illius possideat, sicut Sauli contigit, quem diabolus inuaserat à quo facibus inuidie stimulabatur, ob quam rationem illi sic famuli loquebantur: *Spiritus Dei malus cogitat te.* Quid i. Reg. 16. misera ager anima, quam omnes septem occupauerunt: facta est alea, ad summum perditionis malique fastigium peruenit, quo non datur vltimus: ut Dominica tertia declarauimus.

Huc annexæ quod in S. Scriptura demones vocentur venti flantes, & homines naues mare fulcantes. Illis potius quam his quæ mare hoc mediterraneum pernaugant, loquebatur Vates Haia. dum dicebat: *Violate naues maris.* Notauit Diu. Gregor. inter alia symbola, quibus Spiritus S. declarat id quod diaboli operantur in reprobis hoc

V. Status: Magdalene peccatrix exponitur.

Is. 23. 2. D. GREG. Lib. 18. Mar. c. 11.

VI. hoc unum esse quod conuocent turbines magno  
Diabolus flatu suo conatur homines de met-  
geret. *Iob 27. 21*

31 *quis desideriorum flammis in corde exciuit, & ad e-  
terminatem suppliciorum trahit?* In memoriam re-  
uoca quod heri perpendimus à Christo dictum  
de ouibus suis: *Nemo rapiet eas de manu mea.*  
etenim hic locus est, in qua fixam sibi sedem si-  
gnat ad animæ suæ beneficium. Hoc omne dia-  
boli est studium, illos de loco eo derubare, &  
hoc consequitur perflando velut turbine naues,  
tentationum turbine vehementi carnis nostræ at-  
tentis præ concupiscentia. Quomodo deiecit Iu-  
dam eum? e rapuit de sacrosancto illo loco de-  
turbans, de schola, & societate Christi, atque de  
cœnaculo? Flauit hic ventus ardentiori cupiditatis  
flatu, & umque rapuit ad hortendam illam magi-  
strum suum vendendi proditionem: *Velut turbo  
rapuit eum de loco suo.*

Ex prædictis intelligemus cum D. Hilario quod  
Christus dixit in laudem Præcelsos sui Bap-  
tiste. *Quid exiitis videte? Arundinem vento agita-  
tam?* Arundines vocat vanos solis exterioribus  
contentos apparentijs, quibus oculi sufficiunt  
hominum, omni autem sunt virtute & sanctitate  
vacui, & ornatus animæ expertes interioris: *In  
arundine homo talis ostenditur de gloria seculi vita  
sua inuauitate speciosus: Ipse autem fructu virtutis  
carens, exterior placens, & nullus interior.* Qui talis  
est in omni partem velut inanis arundo nunc huc  
nunc illuc agitatur. Hoc est à Diæmombus flatu te-  
tationum variorumque motuum conuocantur. *Ad  
omnes ventorum motum, id est, inmundorum spiri-  
tuum flatum vagantes.* Igitur ostende mihi arun-  
dinem viridem folijs grauidam & erectam,  
quam omnes simul venti percutiant, qualis arbi-  
traris, erit illa nunc in hanc nunc in illam, & ad  
omnes se partes inclinans? Statue nauim maxi-  
mam, leuissimam, & vacuam in medio huius  
maris extensis vniqueque velis, velut alis for-  
tissimis, & quam omnes plenis fluctibus insistent  
vni flamine impetuoso, quas non percurreret illa  
regiones? Quam celer enolabit? Quæ non per-  
curreret itinera, quo non accederet, licet in tellulas  
media distingatur. Ecce mulier hæc arundo in  
exteriori pretiosa, sed vacua omni bono in in-  
teriori, nauis magna fortioribus instructa car-  
bas nobilitans, diuitiarum, pulchritudinis, orna-  
mentorum, quam omnes pati conatu turbines in-

puant & efficaciter intelligant ad omne flagi-  
tiorum genus, quo in hoc itinere erit accessus?  
Quantam percurreret regionem? Quas terras? Quo-  
te non perducit ex his ventis vel vinctis? Quem  
non cito raptus ad impudicitiam, vt nec pal a  
tam cito à turbine rapatur? *Tanquam pulum quæ  
proieci ventus à facie terra.* Dixit David in noſtra  
vulgata quod alij ex hebreo transferunt: *Tanquam  
gluma.* Gluma sunt illi folliculi seu inasolera  
quibus continetur triticum: dum hoc enim ventu-  
latur ab agricola, vt muneris sunt substantiæ, cir-  
tus à vento disperguntur. Quam celeriter tu raper-  
ris ad domum illius puellæ, & tu ad domum  
lutoriam, vt sentias nullas tibi vires superesse  
quibus resistas? Quam velox vindictæ flagrans ad  
suas properat vltiones nunc hæc nunc illac pro-  
libitu propulsus? Quo impetu agitatur ille, quem  
spiculus impugnat auaritia, ita obocatus, vt eum  
non moretur, quod pauperi faciat iniuriam, quod  
que pecunia illa pondus erit, quo in tartara mille  
deprimetur? Si ventus turbo sic vineam agi-  
tat nauiculam quid futurum, si pari flamine vna  
omnes impugnentur? Quæ vehementia illam per  
hoc mare culpæ feceruntque propellerent?  
Quò non accederet? certum est quod omnia  
itinera longa lataque percurreret, non à cursu fi-  
ssetet, donec ad talem ruinam & perditionem ar-  
uenisset, atque vas illud Zachariæ venisse per-  
hibetur.

Hinc Prophetæ quidam ostendit Angelus,  
atque *Leua oculos tuos, & vide quid sit quod e-  
greditur.* Domine mi respondet Prophetæ, dicit  
mihi quid sit. Est inquit amphora de mundo e-  
grediens: *Hæc amphora egrediens.* Et ecce inexpe-  
ctato dux conuolant femur & ex utraque parte  
vas comprehendunt: etiam autem leuissima &  
vterius alis mliorum instructæ: mlii namque  
alis volant celeritatis: *Habebant alæ quasi alæ  
mlii, quas vehementi turbine venti perflabant.*  
*Spiritus in alis eorum.* Naturalem mulierum agili-  
tatem augebant mliorum alæ, hæc autem ventu-  
rum impetus impellebat vehementior. Vascapiunt,  
illudque volatu deferunt adeo celeri vltionum parum  
Vates admitetur. Domine: *Quæ iste deferunt am-  
phoram?* Quoniam deferenda est, & vltimam si-  
stenda per tales tracta mulieres quarum alæ vltis  
inflantur fortioribus, nisi in campum Sennaar,  
id est terram pessimam Babyloniz, terram inquam  
confusionis? *Vi adhaeretur ei domus in terra Sennaar  
& stabiliatur, & ponatur ibi super basim suam.*  
Quod est illud vas nisi cor tuum, quod duas femi-  
næ tollit, quas diximus carnis tuæ duas partes na-  
scibilem & concupiscibilem, quæ tantis pollent alis,  
Quantis

Matt. 11.  
7.  
VII.  
D. Ioan-  
nes Ba-  
ptista  
non fuit  
arundo  
vento a-  
gitata.  
D. HIL.  
Cui 11. in  
Matth.

VIII.  
Nos ac-  
do suus

Zach. 3.  
IX.  
Allegoria  
de am-  
phora  
Magda-  
lenæ &  
peccato-  
ribus ap-  
plicatus.



quantis vigen: passionibus: Si his accedat ventorum tempestas quibus agitentur & excitentur, quid de te futurum autumamus? Quinam sunt illi venti nisi potestas roburque diaboli? Profero vobis D. Hier. *In alis earum erat Spiritus id est potestas diaboli, de quo in Ecclesia scriptum est: si Spiritus potestatem habentis asperdit super te, locum tuum ne dimiseris, Et in Evangelio Spiritum immundum legimus, qui cum de domo sua fuerit eiecitus, circumiens deserta & arida, cum alijs septem Spiritibus nequioribus se, reuertitur in pristinam domum. Impulsa mulieres illae alatae spiritu ventorum illorum, quam non percurrerent terræ regionem? Ab hoc spiritu istæ mulieres, quasi vento statutuque captae, volatu celeri forebantur. Vbi nam tandem miserum hoc vas habebit, nisi in maxima culparum Babyloniarum confusione? Tu templum considera quo delatus sis, quando à feminis illis tua voluntate comprehensus, à carnis inquam tuæ potentijs, calcari excitatis tuarum passionum, & grati Satanae tentationum impulsu concitatus tuas sectatus es delicias, vitam egredi profanam, desiderijs defluxisti illicitis, quibus te sentis involutum tempore agendæ confessionis vel iustitiam, quâ in tempore teneri cogentis, & sapere saniora? Quam velociter viam percurristi nequitiae? Quoniam impetu viam illam peruolasti? Quam postposita omni prudentia & timore tuis præuicinis appetitibus indulxisti? Vbi te ipsum inuenisti, nisi in Babylonia confusiois? Tibi namque loquitur Apostolus: *Quem ergo fructum habuisti in illis, in quibus nunc erubescitis?* O quantæ sunt in hoc Eccl. sic vicidatio arduines, & quot naues in huius pelago ciuitatis, quas venti in omnem propellunt ventum: nunc in luxuriam, nunc in murmuracionem, nunc in inuidiam.*

Quid ergo huic eueniet mulieri, amphora egressa de mundo, erat etenim puella annis inuenis quam ilico vngibus arripuerunt, illa vero tolli se patitur ab iracibilibus sua passione & concupiscibili, quæ de se leuiores sunt, & alis volant passionum violentis & impetuosis: præterque hanc alarum agilitatem sunt impulsæ, agitate, & toto ventorum fortium turbine concitata, hoc est omnium demonum impulsibus ad peccatum pertracta, quos propterea Euangelista numero septenario comprehendit: *Septem Damonias*: vbi nam hæretet pissi in Babylone abyssos scilicet iniquitatum, vbi sedem sibi collocaret adeo constantem, vt plenis buccis peccatrix in ciuitate nominaretur: *Mulier in Ciuitate peccatrix.*

S. 12. Per peccata ecurrit quatuor alis, vt Tigrius Danielis. Obtulit diabolo magnum illud sacrificium, quod à Gentilibus exquirebat.

EX his principijs intelligi potest quàm ampla spacia longaque distantias per mare crinum Magdalena percurrerit. Prodigiola fuit illa visio, quàm Dominus spectandam præbuit Prophetae Danieli. Plura videt animalia, atque inter illa tygridem quatuor alis instructam, quibus totam peruolabat terram, idque momento temporis, ita vt nomen illius ac fama breui per totum extenderetur vniuersum: *Eccc bestia alia quasi pardus, et alas habebat quasi auis, quatuor super se. Non est quod adinuenireo quod tygris leu. pardus ex natura sua caetera animalia leuitate antecurrat: unde & cursu eadem antecurret, nominatum autem semella: nam idcirco ei nomen tygris imponitur, vt notauit D. Hieronymus quia in lingua Persica & Media sagitta vocatur tygris, atque idcirco nomen hoc flumini adscribitur quod rapiditate cursus reliqua excedat: Tygris vocatur propter velocitatem suam: ita enim nominant Persæ & Medi sagittam etc. Omnibus nota est auium lentitas, nam alis suis volitantes in actu oculi (a) oculos effugiunt. Hoc supposito, si quod animal esset, quod ex vna parte tygridis polliceret agilitate, atque ex altera illi ala superaddiderent auium leuissimarum, non vna, non dua, sed quatuor quàm velociter curreret? Quam autem pervaderet regionem? Tale erat illud quod ostendit Deus Danieli, quod D. Chrysolomus vocat: *Pardum volutem*: atque quod omnes SS. PP. notantur, sub simbolo huius animalis à Deo notari Alexandrum magnum, qui primus regnauit in Graecia, qui ecurrit, mundum sibi subiiciens & illum ingrediens velut Dominus tanta velocitate, vt momento temporis totum peruolaret, fuitque nomen eius in tota terra celebrissimum.*

Qua de causa paulo post, eundem Deus Danieli monstrauit in figura Hirci capturatum, quem tantâ lenitate dicit euenisse, vt terram tangere non videretur: *Hircus capturatum veniebat ab occidente super faciem totius terræ, et non tangebatur terram.* Tanta violenta potentia & potenti violentia currebat, vt nihil eius posset retardare cursum aut obicem opponere progredienti:

Rom. 6. 21.

32

Dan. 7. 6.

Lib. 12. Etymolog. 6. 22.

(a) En des palabras.

Alexander Magnus pardo, & hircus comparatur.

Dan. 8. 5.

quo.